

mentis nostræ óculis lux tuæ claritátis infúlsit: ut, dum visibíliter Deum cognóscimus, per hunc in invisibílium amorem rapiámur. Et ideo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominationibus cumque omni milítia coeléstis exércitus hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes: Sanctus.

Communió

Tolle Púerum et Matrem eius, et vade in terram Israël: defúncti sunt enim, qui quærébant ánimam Púeri. (Matt 2:20)

1. Dóminus regnávít! Decórem indútus est; indútus est Dóminus, fortitúdine præcínxit se.

2. Et enim firmávit orbem terræ, qui non commové bitur. Firmáta sedes tua ex tunc.

3. Elevavérunt flúmina, Dómine, elevavérunt flúmina vocem suam, elevavérunt flúmina fragórem suum.

4. Super voces aquárum multárum, super poténtes elatiónes maris, potens in altis Dóminus.

Postcommunió

Per huius, Dómine, operatiónum mystérii, et vitia nostra purgéntur, et iusta desidéria compleántur.

dvasiai sužibo, idant mes, regimai pažinę žmogumi tapusį Dievą, per jį pamiltume neregimąsias vertybes. Todėl mes su Angelais ir Archangelais, su Kunigaikštystėmis ir Viešpatystėmis, ir su visa dangiškąja kariauna garbės himną tau nepaliaudamai giedame: Šventas.

KOMUNIJA

Pasiimk berniuką ir jo motiną ir eik į Izraelio žemę, mat jau mirė tie, kurie troško berniuko gyvybės. (Mt 2:20)

1. Viešpats karaliauja, – jisai apsisiautęs didybe; Viešpats apsisiautęs, – jisai apsijuosęs jėga.

2. Pasaulis tvirtai stovi, jis negali būti pajudintas. Tavo sostas yra tvirtas.

3. Vandenyso srovės tvinsta, Viešpatie, vandenyso srovės tvinsta užaudamos, vandenyso srovės tvinsta riaumodamos.

4. Didesnis už galingų vandenų griausmą, galingesnis už jūros mūšą yra didingas Viešpats aukštybėse!

POSTKOMUNIJA

Viešpatie, per šių slėpinių veikimą ir mūsų ydos tebūna išvalytos, ir mūsų teisūs troškimai išpildyti.



Proprium Missæ

DOMINICA INFRA OCTAVAM NATIVITATIS SEKMADENIS VIEŠPATIES GIMIMO OKTAVOJE



Introitus

Dum médium siléntium tenérent ómnia, et nox in suo cursu médium iter háberet, omnípotens Sermo tuus, Dómine, de coelis a regálibus sédibus venit

Ps. Dóminus regnávít, decórem indútus est: indútus est Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se. (Sap 18:14-15, Ps 92:1)

Collecta

Omnípotens sempitérne Deus, dírige actus nostros in beneplácito tuo: ut in nómine dilécti Fílii tui mereámur bonis opéribus abundáre.

Epístola

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Gálatas (Gal 4:1-7)

Patres: Quanto témpore heres párvulus est, nihil differt a servo, cum sit dóminus ómnium: sed sub tutóribus et actóribus est usque ad præfínitum tempus a patre: ita et nos, cum essémus párvuli, sub eleméntis mundi erámus serviéntes. At ubi venit plenitúdo témporis, misit Deus Fílium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege

INTROITAS

Kai visa tvyrojo gilioje tyloje, ir naktis savo eigoje buvo įveikusi pusę kelio, visagalis tavo Žodis, Viešpatie, iš dangaus nuo karališkųjų sostų nužengė.

Ps. Viešpats įsiviešpatavo, apsirėdė grožiu; Viešpats apsirėdė ir apsijuosė tvirtybe. (Išm 18:14-15, Ps 92:1)

KOLEKTA

Visagali Amžinasis Dieve, nukreipk mūsų veiksmus tau pamaloninti, kad vardan Tavo mylimojo Sūnaus nusipelnytume daryti gausius gerus darbus.

EPISTOLĖ

Skaitinys iš šv. Apaštalo Pauliaus laiško Galatams (Gal 4:1-7)

Broliai: kol paveldėtojas nepilnametis, jis niekuo nesiskiria nuo vergo, nors yra visa ko šeimininkas; jis esti globėjų ir prievaizdų valdžioje iki tėvo nustatyto meto. Taip buvo ir su mumis: kol buvome nepilnamečiai, turėjome vergauti pasaulio pradmenims. Bet, atėjus laiko pilnatvei, Dievas atsiuntė savo Sūnų,

erant, redímeret, ut adoptiónem filiórum reciperémus. Quóniam autem estis filii, misit Deus Spíritum Filii sui in corda vestra, clamántem: **Abba, Pater. Itaque iam non est servus, sed fílius: quod si fílius, et heres per Deum.**

Graduale

Speciósus forma præ filiis hóminum: diffúsa est gratia in lábiis tuis.

V. Eructávit cor meum verbum bonum, dico ego ópera mea Regi: lingua mea cálamus scribæ, velóciter scribéntis. Allelúia, allelúia. (Ps 44:3; 44:2)

Allelúia

Dóminus regnávit, decórem índuit: índuit Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se virtúte. Allelúia. (Ps 92:1)

Evangelíum

Sequéntia sancti Evangélij secundum Lucam (Luc 2:33-40)

In illo témpore: Erat Ioseph et Maria Mater Iesu, mirántes super his quæ dicebántur de illo. Et benedíxit illis Símeon, et dixit ad Maríam Matrem eius: Ecce, pósitus est hic in ruínam et in resurrectiónem multórum in Israël: et in signum, cui contradicétur: et tuam ipsíus ánimam pertransíbit gládius, ut reveléntur ex multis córdibus cogitatiónes. Et erat Anna

gimusj iš moters, pavaldų įstatymui, kad atpirktų esančius įstatymo valdžioje ir kad mes įgytume įvaikystę. O kadangi esate įvaikiai, Dievas atsiuntė į mūsų širdis savo Sūnaus Dvasią, kuri šaukia: „Aba, Tėve!“ Taigi tu jau nebe vergas, bet įvaikis; o jeigu įvaikis, tai Dievo valia ir paveldėtojas.

GRADUALAS

Savo išvaizdos grožiu pralenki žmonių sūnus; tavo lūpose gausiai išlieta malonė.

V. Ištarė mano širdis gerąjį žodį, aš apsakau savo darbus karaliui; mano liežuvis – spėriai rašančio raštininko nendrinė plunksna. Aleliuja, aleliuja. (Ps 44:3; 44:2)

ALELIUJA

Viešpats įsiviešpatavo, apsirėdė grožiu; apsirėdė Viešpats tvirtybe ir apsijuosė dorybe. Aleliuja. (Ps 92:1)

EVANGELIJA

Šventosios Evangelijos pagal Luką tęsinys (Lk 2:33-40)

Anuo metu Juozapas ir Jėzaus Motina Marija stebėjosi tuo, kas buvo apie jį kalbama. O Simeonas palaimino juos ir tarė motinai Marijai: „Štai šis skirtas daugelio Izraelyje nupuolimui ir atsikėlimui. Jis bus prieštaravimo ženklas – ir tavo pačios sielą pervers kalavijas, – kad būtų atskleistos daugelio širdžių mintys“. Ten buvo ir pranašė Ona, Fanuelio duktė iš Asero

prophetíssa, filia Phánuel, de tribu Aser: hæc procésserat in diébus multis, et víxerat cum viro suo annis septem a virginitáte sua. Et hæc vídua usque ad annos octogínta quátuor: quæ non discedébat de templo, ieiúniis et obsecratió nibus sérvians nocte ac die. Et hæc, ipsa hora supervéniens, confitebátur Dómino, et loquebátur de illo ómnibus, qui exspectábant redemptiónem Israël. Et ut perfecérunt ómnia secúndum legem Dómini, revérsi sunt in Galilaeam in civitátem suam Náza-reth. Puer autem crescébat, et confortabátur, plenus sapiéntia: et grátia Dei erat in illo.

Offertoriúm

Deus firmávit orbem terræ, qui non commovébitur: paráta sedes tua, Deus, ex tunc, a saeculo tu es. (Ps 92:1-2)

Secreta

Concéde, quaesumus, omnípotens Deus: ut óculis tuæ maiestátis munus oblátum, et grátiam nobis piæ devotiónis obtineat, et efféctum beátæ perennitátis acquirat.

Præfatio de Nativitate Domini
Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Quia per incarnáti Verbi mystérium nova

giminės. Ji buvo visiškai susenusi. Po mergystės ji išgyveno septynerius metus su vyru, o paskui našlaudama sulaukė aštuoniasdešimt ketverių metų. Ji nesitraukdavo iš šventyklos, tarnaudama Dievui per dienas ir naktis pasninkais bei maldomis. Ir ji, tuo pat metu priėjusi, šlovino Dievą ir kalbėjo apie kūdikį visiems, kurie laukė Jeruzalės išvadavimo. Atlikę visa, ko reikalavo Viešpaties įstatymas, jie sugrįžo į Galilėją, į savo miestą Nazaretą. Vaikelis augo ir stiprėjo; jis darėsi pilnas išminties, ir Dievo malonė buvo su juo.

OFERTORIUMAS

Juk Dievas įtvirtino žemės rutulį, kuris nebus pajudintas; nuo tada, Dieve, paruoštas tavasis sostas; tu esi nuo amžių. (Ps 92:1-2)

SEKRETA

Suteik, prašome, visagali Dieve, kad ši atnaša, paaukota tavo Didenybės akivaizdoje, ir pamaldaus dievotumo malonę mums pelnytų, ir palaimintosios amžinybės vaisių gautų.

VIEŠPATIES GIMIMO PREFACIJA
Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, visur ir visada Tave išpažinti ir tau dėkoti, šventasis Viešpatie, visagali Tėve, amžinasis Dieve. Slaptingu Žodžio įsikūnijimu nauja tavosios garbės šviesa mūsų